

## PROLEGOMENA

dem pro eo possum, aut ejus ad Aram meminisse.  
Non in solius Alexandri VIII. detestatione  
stetit Jansenistarum odium: etiam in ceteros Pontifices derivatum est. Sic anno 1702.  
13. Julii Quesnello se pandit Wallonus. Quod  
de Pontificibus scribis, etiam mibi inciderat;  
sed cavero sensum meum hic explicare, quam  
quam ipsorum unctionem parum metuam.

Nunc ad Quesnelli objectionem directe respondeo: Si Bossuetii *judicium de regula fidei periclitetur*, si etiam damnetur à Pontifice, sentient Catholici, & inter Acatholicos minus iniqui, accidisse errorem Bossuetio, quod humanum est: labi contigit Sancto Cypriano, Tertulliano, Origeni, & aliis eruditio[n]is famâ, atque Apologiarum pro Fidei contra hereticos multitudine, ac præstantiam Bossuetio non inferioribus. Majorne is fuit Augustino, qui à Manichæismo conversus in Semipelagianismum proruit, ac libris Retractationum plura errata sua corrigens, se hominem non erubuit confiteri? Neque ea errata ceteris ejus scriptis autoritatem detrahunt; sed fidem optimam probat lapsuum retractatio[n]is. Quod igitur evénit Sanctissimo Hippomeni Antistiti, locum quoque obtinet in Meldensi; nam is postquam *Defensionem* scriperat *Observationum in Novum Testamentum* sub initium anni 1699. contra famosum problema, quod prodierat 1698. dein hortatu Illustrissimi Carnotensis Episcopi *Observationes* illas studiosius introspiciens, benignorem, quâm de iis præproperè tulerat sententiam, in severam mox convertisse deprehenditur censuram, teste ipso Willartio notissimo factionis asseclâ in epistola ad Quesnellum datâ anno 1699. die 27. Martii. *Quædam*, inquit, *suspicio est*, P. du Perron (Episcopum Meldensem) *huius libro adversari*. Quod tunc solummodo suspicatur, certius asseratur est anno sequenti. Sic enim 1700. die 30. Januarii Quesnellum literis monuit: *Nihil novi scio de tumultu, quem excitant quatuor Fratres* (quatuor volumina *Observationum*) *præter hoc unum, scilicet Dominum du Perron* iis etiam adversari; sed illud tantum beri recisi.

Eodem anno 1700. Abbas Dambes, vero nomine Abbas Couet, epistolam acerbam dedit ad Episcopum Meldensem, qui ad Clerici Galliani Comitia Parisios venerat, in qua sic eum increpare audet: *Multos novimus, quibus dixisti, quinque illas propositiones* (in Jansenio damnatas) *in libro Patris Quesnelli reperiri*. Dein addit: *Nec è memoria tua fortasse excidit, Illustrissime Präfule, tu nuper fassum esse uidam Archiepiscopo, qui in Comitiis erat, puros, & apertos Jansenii errores hoc libro contineri*.

Hæc in secundo contra Quesnelli librum documento Pastorali ad Clerum, & populum suum dato 1711. 14. Maii, duo integerrimi Galliarum Antistites Lucionensis, & Rupellensis referunt, ac dein meritò adversus pessimam Jansenistarum fidem ita exclamant: *Post testimonium tam apertum, tam clarum, præfertim profectum ab uno ex hujus factionis Principibus... quis non mirabitur, quis non execrabitur eorum malam fidem, atque audaciam, qui in lucem nuper ediderunt librum hujus Præfule, scriptum anno 1699. quo *Observationes commendantur* (quas sciunt anno inserviente ab eodem damnatas fuisse) & simul afferere non dubitarunt ipsâ præfatione, Illustrissimum Episcopum Meldensem eas *Observationes in Novum Testamentum semper multi fecisse*. Hoc verò longè magis mirum videtur, aut potius fidem omnem superat, quod quanvis testimonium illud adeò expressum, multis ab hinc annis cum auctoritate editum fuerit, nec ullus unquam repertus sit, qui epistolam ex qua excerptum est, recusare auderet; Janseniani tandem non vereantur hodiernâ die suam malam fidem quasi testamat facere, ac publicis monumentis consignare, dum Illustrissimum Präfule *Observationes semper approbat* afferunt, licet contrarium ipsi assertuerint, & quidem eo scripto, quod inficiari non audent. Sic sape Divina permittit providentia, ut hæretici infamia notam ultrò sibi inurant, & quasi dedita operâ id agant, ut homines perdit, atque impudentes ab omnibus habeantur. Quam ob rem, Fratres charissimi, Episcopus Meldensis satis purgatur ab iis ipsis, qui contendeant hujus uti auctoritate, ut perniciosum illum librum defenderent. Quam quid iis omnibus est opus, ut eam, quâm falsò sibi tribuunt Novatores auctoritatem, iis omnino auferamus? Satis erit proferre testimonium, quod in gloriam Episcopi Meldensis nuper dedit doctissimus simul, & sapientissimus, & non minus probitate morum, atque aliis animi dotibus, quâm dignitate clarus Senator, qui afferit fæpenuero se audivisse ab Illustrissimo Episcopo Meldensi, cùm dicaret, *Observationes Quesnelli esse perniciose, apertos Jansenii errores iis contineri, nec eas legi debere ab iis, qui Christianam pietatem profiterentur*.*

Tum inquirunt iidem duo Episcopi, quibus dolis usi fuerint Janseniani, ut eum (Meldensem Antistitem) ante occuparent. Quam questionem ita ipsi dissolvunt: *Ii, quorum flos pus*